Glanthales, besonders auf dem Remigiusberge bei Cusel, wo ich sie sehr häufig und mit *M. ciliata* fand.

Wird 1 bis 1½ Fuss hoch. Die Blätter und Scheiden sind, sowohl frisch als getrocknet, glauk; die Aehrchen sind grösser als bei der vorhergehenden Art. Herr Godron sagt (Fl. de France 3, p. 552): „Caryops très-lisse sur le dos, mais finement chagriné sur la face interne"; ich fand sie aber allerseits immer glatt und glänzend.

Döll scheint diese Pflanze nicht von *M. ciliata* zu unterscheiden, denn er sagt bei dieser (Fl. des Grossh. Baden, p. 189): „Spitze walzenförmig, mehr oder minder gedrungen, häufig stellenweise unterbrochen, Anfangs gleichseitig, zur Zeit der Reife unvollständig einseitswendig." Die Rispe von *M. ciliata* ist aber immer gedrungen, nur zuweilen an der Basis unterbrochen (Godron sagt sogar, l. c. p. 551 „non interrompue"), immer dichtblüthig und vollkommen allseitswendig. Die *M. glauca* scheint daher auch im Badischen zu wachsen.

Die *M. nebrodensis* Parlatore!, welche ich, aus Sizilien, gesehen, aber nicht besitze (ich erwarte täglich Exemplare durch Freunde) und daher jetzt nicht vergleichen kann, hat einen ganz anderen Habitus als *M. glauca.*

Als Neuigkeit füge ich noch bei, dass der scharfsinnige Monograph der *Rubus*, P. Müller, in unseren Vogesen in der bayerischen Pfalz, drei Stunden von Weissenburg die *Schistostega osmundacea* entdeckt hat, ein Moos, das noch nie auf dem linken Rheinufer gefunden wurde, und auch in Frankreich fehlt.

Weissenburg im Mai 1862.

Fritz Schultz.

---

## W. Nylander: De Lecideis quibusdam europaeis observationes.

1) *Lecidea Arnoldii* (Krphb.) videtur sistere statum calcareum *Lecideae intermixtae*. Occurrit quoque in Jura gallica (in Doubs, lecta a D. Millardet.)

2) *L. fuscorubens* Nyl. (1853). Huc pertinet *L. ochracea* Hepp, Arn. Exs. 23, cui nihil ochracei inesse videtur. Cur nomina „*picila*" et „*ochracea*" Hepp. praeferat cl. Arnold, aegre perspicitur, nec cur specie distinguat suum n. 889 a n. 618 b. In Arn. coll. 889 sporas esse crassitiei 0,004 millim. indicatur

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05977-0499-5

in Flora 1862, p. 385, hoc autem errorem sistit, nam sunt eae crass. 0,006—0,007 millim.; et similiter errat D. Arnold de n. 618 b. afferens, sporas ejus crassitiei esse 0,003 millim., sunt enim crass. 0,005—7 millim., neque differentes a 880, nec ab Arn. Exs. 23. — *L. oolithina* Nyl. est species comparanda, in Gallia occidentali a cel. Brébisson lecta, sed sporis jam distinguitur long. 0,023—0,027, crass. 0,009—0,012 millim.

3. *L. anomaloides* Nyl. Est calcicola minuta affinis anomalae vel (hypothecio fusconigro) magis accedens *trachonae* Flot. (sed sporis 1-septatis). In Jura gallica eam legit D. Millardet. — *L. lithinella* Nyl. (Arn. coll. 957) magis tangit *L. anomalam.*

4) *L. sabuletorum* Flk. (1808). Nyl. Lich. Scandinav. p. 204 omnino est idenntica cum „*Bilimbia accedente*" Arn. in Flora 1862, p. 391. In specimine Arnoldiano sporae conspiciuntur fusiformes 3—7-septatae (rarius 9-septatae), long. 0,034—0,050, crass. 0,007—9 millim (nec solum crass. 0,006, sicut perperam dicit D. Arnold l. c.) Hypothecium est fuscescens (nec „blaugrün," ut ibidem indicavit D. Arnold). Obiter afferam, *sabulosam* Krb. L. sel. 14 esse *L. sabuletorum* f. *triplicantem* Nyl. l. c. p. 205.

5) *L. violacea* Crouan in litt. Est species maxime affinis *L. dubitanti* Nyl. l. c. p. 207, at apotheciis pallido-lividis, sporis formae ut in *Lecanora athroocarpa* 3-septatis. Schisticola ad Brest lecta ab algologis eminentissimis fratribus Crouan [1]).

6) *L. hypopodia* Nyl. est species nova e Lapponia orientali (lecta a D. Fellman), apotheciis nigris vel fusconigris substipitatis. „*Helocarpon crassipes*" Th. Fr. est *Lecidea* ei affinis, sed apothecia habens distinctius stipitata et hypothecium omnino nigrum. Genus *Helocarpon* admittere non licet, nam haud raro in Lecideis apothecia substipitata (hypothecio infra contractiusculo) occurrunt.

[1]) Ibidem iidem inter alios lichenes raros invenerunt *Lecideam metamorpheam* Nyl. et *Opegraphem prosodeam* Ach. *Graphis sophistica* Nyl. (*Gr. anguina* Nyl. Prodr. p. 149, non Mut.) ibi frequens. *Lecanora punicea* Ach. ad corticem fagi lecta (javanica similis) novus est lichen pro Flora europaea, at forsan non speciem constituat rite tuteque distinctam a *L. haematomma; L. erythromma* Nyl. in Flora 1862, p. 83 (Lechl. Pl. Maclov. 58) magis distincta est.

Redacteur: Dr. Herrich-Schäffer. Druck der F. Neubauer'schen Buchdruckerei (Chr. Krug's Wittwe) in Regensburg.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05977-0500-0

# ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1862

Band/Volume: 45

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: De Lecidpis quibusdam europaeis observationes 463-464